

- quod clericis de for. compet. Felin. in c. Ecclesia Sancte Mariae num. 55. de constitutio. Rochus de Curt. in c. fi. de consuetud. sectio 8. num. 69. & sess. 9. quest. 16. à num. 37. & 38. Vanti. de null. ex defectu process. num. 56. Iacob. Put. decis. 99. num. 2. lib. 3. Hierony. Gonz. in regul. de men. & alter. gl. 9. §. 1. in annota. num. 104. plenissime Rolan. à Vall. in conf. 48. num. 1. & per totum volu. 3. qui post alios num. 13. & 23. acquiescunt à Gonz. ibi num. 105. affirmat iudicem appellationis teneri approbare iustum stylum tribunalis inferioris, iuxta quem iudex à quo processum ordinavit. de quo vide quæ nos latè suprâ 1. p. cap. 2. §. 3. à principio.
- Et in terminis ita pluries declaravit Rot. Roman. vt in vna Corduben. decimarum 14. Ianuarij anno 1594. coram Seraphino, & in alia Calagurritana. oblationum 26. Maij 1590. coram Comitulo, & in Toletana decimarum de Sarre. 16. Februarij coram Pamphili & alijs sæpius, vt testatur Hieron. Gonzal. in d. regul. de men. & alter. glo. 9. §. 1. in annotatio. num. 55. & est bona decisio Cæsar. de Grass. 6. num. 6. de sent. & re iud. per Gondizal. de Paz in prax. 1. p. tom. 1. 8. temp. ex num. 45. & tom. 2. cap. 2. de citat. num. 14. qui per d. Rotæ decisiones fuit allegatus, quibus dicitur, quòd examem testium de Hispania citatione, etiam vnica pro toto termino probatorio præfixo, & postmodum prorogato, sustineatur ex Hispaniæ stylo, qui patitur aliquas limitationes, vt per Gonzal. latè suprâ.
- 246 qui à num. 65. defendit stylum Hispaniæ, vt terminus probatorius sit communis, & eodem tempore, reo atque actori currat, quidquid de stylo Rotæ seruetur, vt prius probet actor, postmodum autem reus, actoris probatione releuante. putat tamen ipse num. 69.
- 247 quod si in tribunalibus ecclesiasticis reus ex aliqua iusta causa insisteret, quòd non sibi præfiguratur dilatio ad probandum suas exceptiones, donec actor suam probet intentionem, obtineret, quod potest sustineri ex his quæ ipse à num. 65.
- Hinc etiam fluit, quod licet de iure, & 248 Rotæ stylo examem testium sit nullum ipso iure, factum per notarium recusatum, ad quod sola suspicio absque causæ expressione cum iuramento sufficit, ad illum remouendum in totum. Gaill. practi. obser. lib. 1. obferuatio. 33. num. 17. Mascar. conf. 1095. num. 32. Virginius de Boccat. tract. de liter. remis. c. 6. n. 14. Escacia tract. de iudi. causa. civil. & crim. lib. 2. c. 8. n. 9. & seqq. fol. 3. 17. non tamen ei datur adiunctus, vt de ratione, & inconuenientibus adiuncti videndus Gonz. in regul. de men. & alter. glo. 9. §. 1. in annota. à n. 98.
- 249 Tamen quia stylus Hispaniæ in causis ibidem adhuc pendentibus aliud seruat, nempe

recusato receptore & notario, re non integra, hoc est, postquam inceptum negotium, non remouetur in totum, sed adiunctus ei datur, vt ex l. 22. tit. de los receores lib. 2. recopil. Grego. Lop. tit. 4. p. 3. in gl. magna prope finem, allegans Ioan. de Plat. in l. nulli, ad fin. C. de numer. & actuar. lib. 12. Auiles in cap. prato. c. 35. in glo. verbo remita. n. 4. Paz in prax. tom. 1. p. 1. temp. 10. n. 8. & in annotatio. de tabel. n. 42. Auendan. de exequen. mand. 2. p. c. 15. num. 5. Azeued. in l. 1. tit. 16. num. 2. & in l. 1. nu. 11. tit. 27. lib. 4. recopil. pariter dictus stylus sustinetur, nec reprobat à Rota secundum Gonzal. vbi proximè num. 103. & seq. vbi & rectè dicit, aliud esse dicendum in causis 250 pendentibus in Rota, ad quas examinantur testes in Hispania, vigore remissorialium Rotalium; quia tunc notarius remissorialis recusatus sit in totum remouendus, iuxta Rotæ stylum, quo casu loquitur decisio Rotæ 604. num. 10. & 2. p. 1. diuerso.

In alijs etiam casibus hic Hispaniæ stylus 251 contrarius Rotali, per eandem Rotam fuit admittus, testatur Caputaq. decis. 265. p. 3. & fuisse decifum in vna Calagurritana iuris votandi 19. Ianuarij anno 1590. coram Orano, & in alia Calagurritana oblationum 26. Maij 1590. coram Comitulo, testatur Gonzal. vbi suprâ num. 115. Put. decis. 258. num. 3. lib. 1.

Et in optimo alio casu sæpe hoc idem determinauit Rota, vt in vna Burgen. residentia 30. Maij 1586. coram D. Plato. & in alia Burgen. concedendæ licentiæ coram Orano de anno 1585. & in alia Conchensi coram Blanchetto. & in Pamplonen. Parochialis 13. Iulij 1600. coram Pegna. vt testatur Gonzal. de men. & alter. glo. 9. §. 1. in annotatio. à num. 154. videndus à num. 117. quibus resolutum fuit, quòd licet de iure, & Rotæ stylo 252 citatio ad sententiam ita sit necessaria, vt eius omifio ipsam vriet, & nullam reddat: tamen sententia de Hispania lata absque illa, 253 non annullatur, ex eo quòd de stylo Hispaniæ hæc citatio non requiritur, imò ibi conclusio in causa vim habeat citationis ad sententiam.

Imò generaliter verum est, quòd etiam vbi isthæc citatio ad sententiam requiritur, 254 conclusio in causa post discussionem intimata vtrique parti supplet omnino huius citationis defectus, probant rationem reddentes mirabilem Gonzal. vbi suprâ num. 154. (alias plures limitationes inferens) Vant. de nullit. c. fi. num. 107. Alexand. consil. 225. ponderatus num. 12. volu. 6. Matth. de Afflict. decis. 283. incipit diu est num. 6. non tamen sufficit, si causa non esset formiter & legitime conclusa, sed iudex dumtaxat mandaret concludi,

cludi, vt fuisse decifum in vna Hispanensi Capellaniæ coram Bubalo, & in d. decif. Burgenf. residentia 30. Maij 1586. coram illustrissimo Plato testatur Gonzal. ibi num. 156.

- 256 Similiter etiam post executorialium expeditionem de Rotæ stylo intimaciones, & earum reproductiones, debent necessariò earum executionem præcedere, quarum omifio illam reddunt nullam ipso iure, & attentatam, quæ tamen cum de stylo Hispaniæ non requirantur, earum omifio executionem non subuertit, declarauit Rota. prout & nos probauimus inferiùs 4. p. cap. 1. versat. verò notandum est quid in partibus, &c. à num. 86.

## CAPVT X.

De iure Regio patronatus, & an, & quibus casibus ab ordinario recusante instituire præsentatù per Catholicam Maiestatem, certante Regiæ Coronæ ius patronatus minime pertinere; appellationi interiectæ non deferendo, vis fiat.

## S V M M A R I V M.

- Appellationi à collatione beneficij spreto iure regio patronatus emissa à presentato Catholicam maiestatem emissa si non deferatur, an vis fiat. n. 1.
- Collatio facta spreto iure patronatus est nulla ipso iure. n. 2.
- Presentatio, electio & collatio sunt fructus iuris presentandi, eligendi & conferendi. ibidem.
- Presentatus à patrono putatiuo existente in quasi possessione presertur presentato ab habente ius in proprietate. n. 3.
- Presentandi status & quasi possessio si non reperitur apud regiam maiestatem, sed apud ordinarium, an ius patronatus contemptum dicatur. n. 4.
- In beneficalibus quoad collationem, presentationem, & electionem vltimus status & immediata quasi possessio attenditur. n. 5.
- Quasi possessio conferendi attenditur non ius proprietatis. n. 6.
- Collatorem seu patronum esse aliud est, aliud verò ius presentandi, vel conferendi habere, quia illud respicit petitorium, istud possessorium. n. 7.
- Presentandi ius habeo, ergo competit mihi ius patronatus, non est bonum argumentum. n. 8.
- Fundamenta specialissima multa vrgent, quæ ius regium patronatus conseruant, præscriptionemque ipsius beneficij impediunt, atque quasi possessionem inficiunt. n. 9.
- Regi Hispania competit ius patronatus in quibus-

dam beneficijs ex bulla Adriani V. Clementis VII. & Pauli III. maximorum Pontificum. n. 10.

Bulle Adriani VI. verba referuntur, qua ius patronatus in beneficijs consistorialibus Regi Hispaniarum competit. n. 11.

Ex clausulis Bullæ Adriani (quæ enixam voluntatem demonstrant) clarè attenda earum natura & proprietate excluditur quasi possessio & præscriptio contra Regem nostram in beneficijs sui iuris patronatus. n. 12.

Præscriptio vt procedat in iure patronatus Regio, duo requiruntur probanda, patientia, & scientia patroni, & animus liberandi Ecclesiam à iure patronatus. n. 13. & 14.

Absque quasi possessione nulla præscriptio iuris incorporalis procedere potest. n. 15.

Quasi possessio in iuribus incorporalibus queri non potest, nisi ex scientia & patientia aduersarij. n. 16.

Contra Regem nulla potest probari scientia & patientia, vt aliquis vsurpet ius patronatus, cum potius tales Bullæ in eius derogatione retinentur in Hispania, ne illis vti queant impetrantes. n. 17.

Scientia officialium in præscriptione contra Principem sufficit, vt illi præiudicet. n. 18.

Scientiam officialium in præscriptione contra Principem non sufficere qui teneant. n. 19.

Qui in hac controuersia mediam tenuerint opinionem. n. 20.

Scientia officialium in præscriptione sufficet, nempe in ijs quorum administratio spectat ad eosdem officiales, eaque ratione possunt reclamare. n. 21.

Iuris patronatus regalis administratio, & cognitio non pertinet ad officiales Regis, sed ad ipsum dumtaxat, ideo scientia officialium Regi nocere non potest in eius iuris patronatus præscriptione. n. 22.

Scientia officialium non nocet Regi in eius iure patronatus. n. 23.

Clausula derogatoria in contrarium faciendorum (quibus vtiur Bulla Adriani) inducum protestationem defectus voluntatis in futurum. num. 24.

Clausula derogatoria præcedens operatur defectum voluntatis in dispositionibus sequentibus. n. 25.

Ea que sunt facti in principibus ignorare presumuntur. n. 26.

Prouisiones Apostolica non mutant statum beneficij iuris patronatus, nec patronis nocent decedentibus de suo iure patronatus. n. 27.

Ordinarij prouisiones non nocent patrono. n. 28.

Status mutatio in beneficalibus in dubio non presumitur. n. 29.

Ius patronatus non amittitur per non usum. n. 30.

Beneficij status mutatio procederet per prouisiones



- nes Pontificis eius concurrente scientia, & voluntate. n. 31.
- Ad iuris patronatus regij præscriptionem in utroque principe spirituali, & temporalis deficit intentio præscribendi & scientia, beneficium esse iuris patronatus regij, nec de eo fit in supplicationibus mentio. num. 32.
- Iuris Regij patronatus beneficium cum ignoret illius qualitatem, prouidet summus Pontifex ex capite amplissime potestatis. ibidem.
- Possessio talis est, qualis demonstrat titulus præcedens. n. 33.
- Possidens ex vna causa, si sit insufficientis, non potest ad aliam redire, quia animus & opinio vtiens attenditur. n. 34.
- Possessionis causam nemo mutare potest, nisi aliquo extrinsecus accedente. n. 35.
- Præscriptum tantum intelligitur, quantum possessum. n. 36.
- Præscriptio super re non extenditur ad accessoria separabilia; quare præscripta visitatione, non intelligitur præscripta procuratio. n. 37.
- Præscriptio non extenditur ad ea, qua venit in antecedens, vt exemplificatur. n. 38.
- Præscribens institutionem non potest iure deuoluto conferre. n. 39.
- Iure communi vtiens non prescribit. n. 40.
- Iure deuoluto prouidens non officit patrono, nisi pro illa vice dumtaxat. n. 41.
- Patrono non currit tempus presentandi, nisi à die scientia, & notitia vera, non interpretatiue. num. 42.
- Regibus Hispania non currit tempus quadrimense ad presentandum beneficia & Episcopatus sue Coronæ, etiam si eorum officiales faciant vacationes. n. 43.
- Et etiam si Rex ipse sciat vacationem ob maximas occupationes. ibidem.
- Regi cum nunquam currat tempus ad presentandum ex defectu scientia, semper potest reclamare contra prouisiones ordinarij. n. 44.
- Causa ad prescribendum ius Regium patronatus cum non sit sufficiens, non poterit Pontifex se ex alia inuare. n. 45.
- Gratia Pontificis fundata super aliqua causa aut qualitate, est nulla ipso iure, non constituto de qualitate. n. 46.
- Gratia concessa etiam motu proprio non potest operari ultra intentionem & mentem concedentis. n. 47.
- Gratia narratio falsa existens perpetuo gratiam annullat ipso iure. n. 48.
- Prouisiones nulle non sunt in consideratione ad præscriptionem inducendam. n. 49.
- Impetratio facta ex vna causa, qua vera non existente, non potest sustineri ex alia causa tunc temporis existente. n. 50.
- Dispositio omnis facta cum aliquo præsupposito, ipso non verificato, corrumpit penitus dispositio. n. 51.
- Inducta ad vnum finem, contrarium non debent operari. n. 52.
- Bulla Adriani concedens ius patronatus Regium, ibi (ac perpetuo inuolabiliter obseruari debere) inducit perpetuitatem. n. 53.
- Verba (dictorum successorum vestrorum) de quibus in Bulla Adriani, inducunt perpetuitatem. n. 54.
- Præscriptum concessum successoribus durat perpetuo, quandiu adsunt persone in privilegio contenta. n. 55.
- Præscriptio tollitur per dispositionem inducentem perpetuitatem. n. 56.
- Præscriptio appositæ sunt verba perpetuitatis excluditur præscriptio. n. 57.
- Realis an sit dispositio, vel personalis, tenor inspiciendus est. n. 58.
- Dispositio faciens mentionem successorum ex utraque parte est realis, non personalis. n. 59.
- Indulta Apostolica, quibus conceditur ius patronatus Catholica maiestatis, facit mentionem successorum Coronæ, & sedis Apostolicæ, & propterea realia sunt, & perpetua. n. 60.
- Res perpetua esse debent apud successores vocatos, ubi perpetuo ius competat. n. 61.
- Clausula (irritans) inter alios eius effectus, tollit præscriptionem. n. 62.
- Clausula (irritans) tollit consuetudinem, non solum in præteritum, sed etiam in futurum. num. 63.
- Clausula (irritans) tollit vires sententia, & eius executionem impedit. n. 64.
- Clausula (irritans) inficit non solum titulum beneficij collati, sed & possessionem, ita vt possessor nullo se possit possessorio remedio inuare. num. 65.
- Possessio inficta per clausulam (irritans) omni caret effectu. ibidem.
- Clausula (irritans) inficit omnia que sequuntur, ita vt nec fomentum, nec iuris effectum habeant. n. 66.
- Clausula (irritans) habet inhibitionem in ventre. n. 67.
- Clausula (irritans) continet priuatiuam vim, & auocatiuam potestatis concessæ. n. 68.
- Clausula (irritans) operatur nullitatem ab initio. num. 69.
- Clausula (irritans) impedit remedium etiam summarissimum possessorium, in quo omnes excluduntur exceptiones. n. 70.
- Prouisiones beneficij reseruatæ virtute regule octo mensium continentis decretum irritans, facta in mensibus reseruatæ sunt nulla ipso iure quoad titulum & possessionem. n. 71.
- Decretum irritans potentius est reseruatione. numero 72.
- Præscriptum concessum Cardinali prouidendi beneficia alicuius diocesis continens decretum irritans ordinariis prouidet nulliter ipso iure, etiam

- etiam si Cardinalis illud non prouideret. numero 73.
- Quasi possessio non acquiritur per collationes, etiam effectum sortitas contra decretum irritans. num. 74.
- Presentandi quasi possessione patronus non turbatur per collationem nullam. n. 75.
- Bulla Adriani continet clausulam (sublata) num. 76.
- Clausula (sublata) claudit ora iudicibus aliter iudicandi, & adimit partibus potestatem opponendi contra privilegium dictam clausulam continens. n. 77.
- Clausula (sublata) etiam si non opponatur an processus sit nullus ipso iure. n. 78.
- Clausula (sublata) exceptio opposita à parte non est dubium, quod sit processus nullus ipso iure. num. 79.
- Appellationi emisse à processu gesto contra clausulam (sublata) est deferendum, etiam super his, que alias inappellabilia sunt. n. 80.
- Opponi non potest aliquid, etiam per viam replicationis contra dispositionem continentem clausulam (sublata). n. 81.
- Clausula (sublata) obstat etiam in summarissimo possessorio mantentionis. n. 82.
- Clausula (sublata) natura & effectus. num. 83.
- remissiuæ.
- Clausula (irritans) & clausula (sublata) ligat, & afficit ignorantes, etiam si id non expresserit. num. 84.
- Impetrationes & prouisiones Pontificales facta de beneficij iuris Regij patronatus tanquam subiecta clausule irritanti sunt nulla ipso iure, & præscriptiones causare non possunt. num. 85.
- Clausula (irritans) ipsum Papam, & successores ligat. n. 86.
- Bulla Adriani continet clausulam derogatoriam, que ibi refertur. n. 87.
- Clausula derogatoria annullat omnes dispositiones sequentes contrarias. n. 88.
- Clausula derogatoria stante in prima dispositione futura contraria, non valet, nisi prioris specialem faciat mentionem. n. 89.
- Bulla Adriani continet clausulam derogatoriam derogatoriarum. n. 90.
- Dispositio secunda non obest priori nisi faciat mentionem clausule derogatorie, & etiam clausule derogatoriarum. n. 91.
- Præscriptum derogatione facta per legem generalem an censetur derogatum privilegium. n. 92.
- remissiuæ.
- Præscriptum continentis fortissimas clausulas non est verisimile, velle Principem in lege generali derogante, privilegia comprehendere. num. 93.
- Præscriptum concessum Marchioni Astoricensi presentandi nonnullos canonicatos illius Eccl. Salgado de protect. Reg. Tom. II.
- clesia sua vita durante, refertur. n. 94.
- Præscriptum Marchioni Astoricensi continens similes clausulas ac Bulla Adriani, non intelligitur sublata per regulas Cancellarie postmodum in contrarium editas. n. 95.
- Catholice maiestatis privilegio nullo modo detrahunt summi Pontifices, sed passim augmentum eius merita crescunt. n. 96.
- Præscriptum per Papam concessum personis dilectis gratis & valde bene meritis non censetur derogatum per legem derogantem quibusvis privilegijs. n. 97.
- Catholica maiestas licet non sit vsus sui iuris patronatus indultis in aliquibus beneficijs, illa non amittit per non vsum. n. 98.
- Clausula irritans appositæ in dispositione non potest impugnari ex eo, quod ipsa dispositio vsu recepta non sit, & de ratione. n. 99.
- Rex Hispanie indultis iuris patronatus vsus est semper in parte. n. 100.
- Præscriptum vsus in parte interrumpit quamlibet præscriptionem aduersus illum introductam. num. 101.
- Præscriptio ordinariarum aduersus indulta iuris Regij patronatus non habet principium, vel si habuit, illud passim interruptum. n. 102.
- Titulus ubi adest vniuersalis, per vsum partis conseruatur ius in toto quoad quaslibet species sub eo contentas. n. 103.
- Vsus iurisdictionis in vna parte concessionis tribuit vsum in alia, & conseruat omne ius. num. 104.
- Præscriptio & consuetudo vsus concessionis in vna parte, extenditur ad aliam. n. 105.
- Rex Hispanie maiori parte beneficiorum consistorialium virtute concessionum Apostolicarum vsus est, quoties vacare contingunt. num. 106.
- Regnum cuius ciuitates aliqua parent Imperio, totum intelligitur illi subiectum, quia sufficit partis tantum habere pacificam possessionem, vt totius habere intelligatur. n. 107.
- Vsus in parte conseruat ius in totum, ubi agitur de conseruatione, non vero de noua acquisitione. n. 108.
- Conseruare aliud est, aliud de nouo acquirere. num. 109.
- Rex Hispania non tractat de acquirendo nouo iure patronatus in beneficijs consistorialibus, sed de conseruando sibi ex indultis Apostolicis competente. n. 110.
- Merum imperium habens ex privilegio si in vno actu exercent iurisdictionem, totius privilegij ius conseruat, & quid in præscriptione. num. 111.
- Præscriptum vtiens in parte conseruat possessionem in toto privilegio. n. 112.
- Præscriptio de vno casu vnius speciei extenditur ad alium casum eiusdem speciei. n. 113.



Primum unius actus ex competentibus patrono, acquiritur iuris patronatus quasi possessio. num. 114.

Quasi possessio omnium patronorum conservatur per presentationem aliquorum dumtaxat, dummodo hi animo privandi ceteros non presentent. n. 115.

Possessio generalis acquisita in iuribus incorporabilibus (qua magis intellectu, quam corpore percipiuntur) propter iurium unitatem ratione causa generalis possessio retenta ac acquisita in parte, retinetur in toto. n. 116.

Causa universalis, quando adest in utente, potius attenditur, quam particulare exercitium. num. 117.

Quasi possessio percipiendi oblationes in aliquibus locis diocesis ex iure universalis, extenditur ad omnia alia loca eiusdem diocesis. num. 118.

Exercens unum vel plures actus ratione iuris universalis, quod quis pretendit sibi competere, fit extensio ad alios actus & personas, dummodo non diversas. n. 119.

Lucuosam praescribens ratione iurisdictionis, sufficit, illam percepisse ab aliquibus vasallis, ut contra omnes intelligatur. n. 120.

Ius reale exigendi lucuosam ubi praescribitur, comprehendit omnes personas territorij, quibus ius illud applicari potest. n. 121.

Praescriptio iuris realis porrigitur ad omnes, etiam si adversus eos specificè non fuerit praescriptum. num. 122.

Praescriptio in una specie extenditur de persona ad personam, & de uno actu ad alium eiusdem speciei. n. 123.

Praescriptionis causate à iure reali effectus extenditur adversus eos, contra quos non praescriptum est, & ad particularem speciem iuris comprehensam sub unico iure universalis. n. 124.

Causam magis, quam exercitium ipsius actus considerandam esse. n. 125.

In iis que consistunt in pondere, numero, aut mensura, apprehensa parte granorum totum aceruum frumenti apprehendisse dicitur. n. 126.

Aliud esse in furio ex aequitate. ibidem.

Possessione apprehensa in uno ex capitibus gregis empit; totius gregis apprehensam intelligitur, cum sit unum corpus, licet plures distantes res. num. 127.

Vendito vel legato choro cantorum possessione apprehensa in uno capite, totus chorus apprehensus intelligitur, cum omnes sint simul connexi. numero 128. ubi alia redduntur exempla.

Quod limitatur. n. 129.

Possessio rei principalis censetur etiam continuari in connexis, & accessorijs. n. 130.

Ius universale pretendens in aliqua diocesi probatis actibus particularibus aliquorum loco-

rum, an manu teneatur in tota diocesi. num. 131.

Actus possessorij per retentionem in una particula muri conservatur quasi possessio in toto muro. n. 132.

Per receptionem partis pensionis constituta constituitur in quasi possessione exigendi totam pensionem. n. 133.

Possidisse, & praescripsisse novalia ille dicitur, qui possedit, & praescripsit decimas unius praedij, quia ob unitatem subiecti dicitur acquisivisse totum. n. 134.

Acquisivisse possessionem unius rei in iuribus incorporabilibus, sufficit, ut conservetur quasi possessio in omnibus. n. 135.

Quasi possessio iuris universalis non extenditur ad aliam speciem in cuius possessione alius reperitur. n. 136.

Rege Hispanie existente in quasi possessione iuris patronatus universalis beneficiorum consistorialium, ordinarius etiam particulariter non potest aliquod illorum quasi possidere: & de ratione. n. 137.

Manutentio denegatur quandiu appareat de titulo invalido. n. 138.

Ius quarendum facilius tollitur, quam ius quasi. n. 139.

Ordinarius non potest pretendere ius universale in beneficijs consistorialibus Hispanie prout Rex, maxime quia horum beneficiorum genus reservatum est consistorio Papae. n. 140.

Uente iure universalis ex privilegio datur manutentio etiam in specie non possessa contra iuris assistentiam habentem, & etiam si possidenti ius commune resistat. n. 141.

Privilegio probato cessat legis assistentia, cum possessio iustificetur ex titulo. n. 142.

Ex iure patronatus universalis conservato in parte privilegij, retinetur ius in toto, & ad beneficia consistorialia noviter reperta discooperata extensio fit. n. 143.

Possessionem probans ex privilegio decimandi in toto territorio respectu fructuum, qui alius ibi nascebantur, innatur etiam respectu novalium postea repertorum. n. 144.

Presentationes factae per Catholicam maiestatem quorundam beneficiorum iuris Regij patronatus, impediunt praescriptionem, etiam centenariam in alijs eiusdem qualitatis. n. 145. & 279. cum seqq.

Resignationes plerumque in causa sunt, ut ignorentur vacationes beneficiorum iuris Regij patronatus. n. 146.

In iure Regio patronatus non currit praescriptio, imò in Camera Lusitana plura beneficia oblata esse recuperata, dicit Caueus. n. 147.

Ius patronatus Regium est Coronae incorporatum, ac de regalibus, ac ideo nisi per immemorabile tempus acquiri potest. n. 148.

In iure

In iure Regio patronatus beneficiorum consistorialium non potest dari immemorabile à tempore indulgentiarum. n. 149.

Bona maioratus sunt impraescribilia. n. 150.

Maioratus bona praescribuntur per tempus immemorabile. num. 151. declarata ut infra, à num. 282.

Regnum caput est omnium maioratum Hispania. n. 152.

Praescriptio ordinariarum iuris patronatus Regij interruptitur per singulorum Regum successionem. n. 153.

Possessio civilis & naturalis transfertur in successorem maioratus ministerio legis Tauri etiam ab alio occupata in vita, aut post mortem praedecessoris. ibidem.

Maioratus mortuo possessore tertius occupans bona nec habet possessionem civilem, nec naturalem, sed solam detentionem. n. 154. aded ut non possit praescribere. ibidem.

Tertio occupanti bona maioratus contra successorem non competit remedium possessorium, nec fructus lucratur, nec aliquem iuris effectum habet. n. 155.

Iuris patronatus annexi maioratus Hispania quasi possessio acquiritur successoribus ministerio legis Regiae, etiam sine apprehensione actuali. num. 156.

Iuris patronatus quasi possessio non transfertur in tertium occupantem maioratum. n. 157.

Possessor iuris patronatus sufficit habere possessionem in consequentiam ad presentandum, ut in bone fidei possessore castri aut ville, cui inhaeret. n. 158.

Etiam si ipse possessor nunquam presentaverit, quia dignitas seu castrum retinuit semper possessionem. ibidem.

Rex in sua presentatione ad beneficium noviter repertum, ut praferatur, debet de suo iure patronatus in illo beneficio docere, aliàs interim ordinarius non excluditur. n. 159.

Quasi possessio non sufficit, ubi agitur de statu beneficii, & de diverso anteriori constat. ibidem.

Defectus proprietatis si constat tempore presentationis aut collationis, proprietarius praefertur possessori. n. 160.

Clausula (irritans) tunc suos producit effectus, & inficit possessionem, quando constat obtinere in illo casu: interim tamen possessor non impeditur remedijs possessorijs. n. 161.

Clausula (irritans) nihil operatur dummodo non constet reservationem intrare in illo beneficio de quo agitur. n. 162.

Clausula (irritans) dummodo non sit verificata, non impedit manutentionem possessionis. num. 163.

Ius Regium patronatus quando apparere dicitur. num. 164.

Salgado de protect. Reg. Tom. II.

Regia prouisio presentationis directae ordinario aliquando narrat ius patronatus regale esse motu proprio, aliquando vero illud asserit ex relatione presentati. ibidem.

Catholica maiestas misit per sua Regna precipue Galliciae Austriacae & Obiedo personas fide dignas scientia & conscientia, ut recognoscerent beneficia suo Regio patronatus spectantia. num. 165.

Principi quasi informato de facti veritate aliquid asserenti est standum. n. 166.

Principis assertioni standum est in antiquis, quibus fundatur etiam in prauidicium tertij. num. 167.

Principis assertioni ius patronatus ad se spectare ex relatione tamen partis non est standum. num. 168.

Verbum (ut accepimus) positum in gratia facta ad petitionem partis, eius narrativa refertur, & non assertioni Principis. n. 169.

Verbum (ut accepimus) appositum in gratia motu proprio facta non ad narrativam partis, sed principis assertionem refertur. n. 170.

Verbum impersonale (ut asseritur) non refertur ad impetrantem; & ideo ad eius verificationem non adstringitur. n. 171.

De iure Regio patronatus si constat tempore Regiae presentationis, ut dictum est, & ordinarius aliter conferat beneficium, prouisio erit nulla, & appellationi esse deferendum, declarabitur in tribunali Regio. n. 172.

Contradictor quando comparet in prouisione beneficii allegans suum esse ius patronatus, audiendus est in contradictorio iudicio, sententia fertur diffinitiva, & appellatio utrumque habet effectum in simplicibus, non autem in curatis. n. 173.

Ius Regium patronatus non tractatur coram ordinario, sed in Consilio supremo Camerae. num. 174.

Exceptio iuris patronatus Regij opposita quousque in Senatu Camerae Regia terminetur, ordinarius tenetur super sedere in prouisione beneficii. num. 175.

Ab ordinario procedente ad ulteriorem prouisionem beneficii, interim dum in Senatu Regio de iure patronatus terminatur exceptio, appellationi emissa erit deferendum. n. 176.

Ab inordinato processu appellationi esse deferendum, etiam in iudicijs alias in appellabilibus. ibidem.

Ordinarius non est cogendus instituire presentatum à Rege alio existente in possessione per longum aut longissimum tempus, donec per executores conuincatur. n. 177.

Beneficio de iure vacante ob priuationem ipso iure & non de facto, tamen si patronus queat presentare, non tamen possessio auocanda est donec conuincatur, & declararetur. n. 178.

1 2 Present



Presentatus ab existente in quasi possessione iuris patronatus, si iste euincatur, non erit auocandus à possessione. n. 179.

Idem est quando lris vertitur inter duos collatores. num. 180.

Lite mota inter Episcopum & patronum, vincente patrono, prouisus ab ordinario remoueri potest. n. 181.

Lite vertente inter Regem & alium patronum putatum existente in quasi possessione vincente Rege, presentatus à putatio patrono amouendus est: & de ratione. ibidem n. 182.

Lite pendente inter patronos electores aut collectores super possessione, vincens declaratur verus possessor, & ideo ab adversario presentatus seu electus erit indistincte remouendus. num. 183.

Quandus est Episcopus aut patronus, & ab eisdem prouisus ad litem super spolio. n. 184.

Enicito iure Regio patronatus possessor non est auocandus, nec presentatus mittendus in possessionem, sed omnimodo sententia admittit supplicationem. n. 185.

Appellationi à prouisione beneficii simplicis facta in contradictorio iudicio deferitur. n. 186.

Secus quando extrajudicialiter. ibidem.

Prouisio Parochialis ubi sit facienda in contradictorio iudicio, prima sententia exequitur, si est vacans Parochialis, secus si non est vacans: & de ratione. n. 187.

Iuris regij patronatus cognitio tam super possessione, quam super proprietate, cui pertinet. num. 188.

Iuris patronatus tanquam spiritualibus annexi iudici Ecclesiastico spectat cognitio. numero 189.

Regij iuris patronatus controuersia tractatur coram Rege & eius consilio Camera specialissima ratione. n. 190.

Quod non solum vsus Hispania recipit, sed & Regni Gallie, Anglie, Hungarie, & Apulia. num. 191.

Concil. Trid. sess. 22. de reformat. c. 8. ponderatur, disponens Episcopum non posse vitare hospitalia & confraternitates, que sunt sub immediata Regis protectione. n. 192.

Consilium Regium non cognoscit de iure Regio patronatus in consistorialibus competente, de quo non dubitatur, nec ibi institutio aut collatio fit. n. 193.

Regium consilium agit tantum de qualitate extrinseca Ecclesie contenta in Bullis Pontificalibus, an beneficium sit consistoriale necne, quod est quid facti, non autem spiritualitatis. num. 194.

Iudex secularis potest cognoscere, & terminare super donatione iuris patronatus facta à laico, & ad illius implementum donatorem compellere. n. 195.

Iudex secularis potest compellere promittentem donare ius patronatus, vt contractum adimpleat. n. 196.

Iudex secularis poterit cognoscere de qualitatibus inherentes ipsi donationi iuris patronatus. num. 197.

Controuersias, que solebant oriri inter Consilium supremum, & consilium Camera super cognitione iuris Regij patronatus Catholica maiestas diremit per regias sedulas, quibus inhibuit omnibus tribunalibus exceptio consilio Camera. n. 198.

Prouisiones Regis recensentur, quibus hac iuris Regij patronatus cognitio priuatiue est reseruat consilio Camera. ibidem.

Suprema Regia tribumalia non se intromittunt in cognitione per viam violentia facta ab ordinario Ecclesiastico, sed illam remittunt consilio Camera. n. 199.

Pro tollenda violentia facta à delegato superioris Ecclesiastici, ad quem appellauit presentatus à Rege ob denegatam institutionem, potest recurri ad quamlibet Cancellariam. n. 200. & de ratione ibi. n. 201.

Ordinario recusante instituire presentatam à Catholica maiestate recurrentem ad consilium Camera pro secunda iustione, an & quando concedi vel denegari solet. n. 202.

Regium consilium Camera iam hodie non solet expedire prouisiones regias presentationis, nisi prius de iure patronatus Regio legitime doceatur, & quare. n. 203. & 203.

Ordinarius si prouisionibus Regijs presentationis non obtemperet, quid faciendum. numero 204.

Aduersus ordinarios recusantes instituire presentatum à Catholica maiestate attentè procedatur. n. 205.

Ordinarius si non instituat presentatum à Catholica maiestate interim conquiescat, aliter ab eius prouisione & processu appellationi interposita consilium Camera deferendum declarabit. n. 206.

Presentatus à Rege potest (recusante ordinario instituire) recurrere ad Metropolitanum vel ordinarium viciniorum pro institutione nanciscenda. n. 207.

Tempus nullum de iure communi reperitur prefixum, vt ordinarius instituat presentatum, sed tantum ad conferendum. n. 208.

Ordinario hodie ex motu proprio Pij V. prefixus est terminus duorum mensium, vt instituat presentatum à patronis in Parochiali, aliter ad quem recurri potest. n. 209.

Terminus duorum mensium prescriptus ordinario ad instituumdum, non currit à die presentati instrumenti nominationis per patronos; sed à die quo nominatus ab eis presentatiter se ordinario offert examinandum. n. 210.

Ordinario

Ordinario non est appositus terminus ad instituumdum vel confirmandum in beneficijs simplicibus, sed si id facere vel recuset, vel sit negligens, recurritur ad superiorem qui terminum illi prescribit, vt instituat, &c. n. 211.

Termino prefixo per superiorem ordinario, vt instituat, aut confirmet, intra illud si labatur, potest ipse superior supplere, vel compellendo, vel institutionem faciendo. n. 212.

Presentatus potest licite appellare ab ordinario negligente instituire, & quid facere tunc poterit superior. n. 213.

Appellari non licet ab ordinario, recusante instituire presentatum iusta tamen de causa moto. num. 214.

Superior ad quem est appellatum ab ordinario recusante instituire iusta tamen ex causa, nec potest institutionem facere, nec ad faciendam ordinarium compellere. n. 215.

Causa que iusta dicitur, vt ordinarius legitime possit institutionem denegare. n. 216.

Patronus presentans indignum pro illa vice priuatur presentatione. ibidem.

Regium Camera Consilium recusante ordinario instituire presentatum à Rege, potest expedire secundam iustionem presentationis cum relatione negligentie ordinarij, directam Metropolitanano vel ordinario viciniori, vt instituat. num. 217.

Presentato à Catholica maiestate appellationis via quare inutilis & improbabilis videatur. num. 218.

Defenditur tamen & probabilis monstratur. numero 219.

Ab Ecclesiastico iudice recusante impartiri suum brachium imploratum à iudice seculari, appellari potest ad superiorem, vt illum compellat. num. 220.

Ecclesiasticus superior, ad quem presentatus à Rege appellauit à negligentia vel proteruita ordinarij, non se intromittit in cognitione iuris patronatus Regij, sed de granamine. n. 221.

Nuntij reuerendissimi iurisdictioni solet declinari, volentis cognoscere de iure patronatus Regio, aliter autem appellatio decernitur per Consilium Camera legitima, vimq; fieri & reponi. num. 222.

Reges Hispania sunt veri patroni Cathedralium, prelatiarum, & Abbatiarum consistorialium horum regnorum Hispania. n. 223.

Et quo iure. ibidem, & numeris seqq.

Ius patronatus Regie Coronae Hispania quibus rationibus Regibus competat, recenset lex partita. n. 224.

Regi Catholico ius patronatus in consistorialibus beneficijs Hispania fuit attributum Pontificum indultis. n. 225.

Regium ius patronatus dicitur ius regale, & inter cetera Principis regalia computatur. n. 226.

Salgado de protect. Reg. Tom. II.

Gotorum tempore electio Episcoporum pertinebat ipsi Regi Hispano. n. 227.

Rex Hispanie fuit redactus ad suum ius eligendi, quod prius habebat consensu & ordinatione Ecclesie vniuersalis, & prelatorum Hispanie. n. 228.

Regium eligendi ius variatum fuit, quia nuntiata Regi morte Prelati eligendi petebatur licentia per Capitulares Ecclesie, quorum electio Regi presentabatur. n. 229.

Rege absente nuntiatio predicta fiebat eius Vice-Regi. n. 230.

Plura iuris Canonici iura in proposito explanantur. ibidem.

Rex Catholicus hodie presentat Prelatos Ecclesiarum, cuius iuri patronatus nihil detrahatur. num. 231.

Regem Catholicum magno profequi fauore per Romanam Ecclesiam. n. 232.

Rex Hispania ob suam suorumque ministrorum maximam religionem maiori fruitur potentia, quam nemo hucusque fuerit assequutus. ibid.

Regij patronatus precipuum fundamentum est privilegium, quod habent Reges. n. 233.

Privilegy Apostolici concessi Regi mentionem faciunt Bullae Episcoporum & pensionum super Episcopatus. n. 234.

Super Regio patronatu orta controuersia Sixtus IV. concessit Regibus Catholicis perpetuo, vt ad Episcopatus eligerentur ab eo nominati & periti. n. 235.

Adrianus VI. concessit Carolo V. Imperatori nostro, & eius successoribus ius presentandi Episcopos Hispania, qui antea prouidebantur ad supplicationem Regum. n. 236.

Rex noster inuictissimus quot, qualisve Episcopatus & Archiepiscopatus prouideat in Hispania, & extra illam remisit. n. 237.

Principes omnes Christiana religionis simile privilegium iuris patronatus habent. n. 238.

Principes Christiani habentes ius patronatus suorum Regnorum recensentur. ibidem.

Reges omnes de iure communi habere regium patronatum maiorum Ecclesiarum sua ditionis, qui affirmant. n. 239.

Origo, & principium presentandi Reges Episcopos, quod fuerit. n. 240.

Rex potest opponere Episcopum electum sibi esse suspectum, quo probato, retractatur electio. ibid.

Regis interest, nosse qui in suo regno Ecclesias sunt administraturi. n. 241.

Ioannes Igneus reprehenditur asserens, Hispaniarum Reges habere hoc ius presentandi prelatos ratione cessionis Caroli Regis Fracorum. n. 242.

Recensentur Doctores, qui ex Chronico & Historijs falsam demonstrant Igneus assertionem. n. 243.

Consuetudinem nominandi prelatos per Hispania Reges stare, etiam ante natiuitatem Caroli Imperatoris Francorum, ostenditur. n. 244.



Computatio temporum refertur, quam scripsit Co-  
uar. n. 245.  
Computatio temporum descripta à Camillo Borello  
in proposito refertur. n. 246.  
Computatione qualibet admissa certum est ad mi-  
nus 80. annos precessisse Toletanum Conci-  
lium Imperatorem. n. 247.  
Consistorialia beneficia duplici de causa ita dicta  
sunt. n. 248.  
Consistorialia beneficia aliqua ita dicuntur, quia  
reperiuntur scripta in libris Camera inter con-  
sistorialia, nō tamen illis provideantur per Con-  
sistorium Pape. ibidem.  
Consistorialia beneficia ita vocantur, quia de eis  
disponit Papa, in Consistorio coram Cardinali-  
bus. n. 249.  
Consistorialia beneficia sunt monasteria virorum.  
num. 250.  
Prioratus, Abbatia, & aliorum Regularium pre-  
fectura virorum sunt consistorialia beneficia.  
num. 251.  
Beneficiorum consistorialium valor taxatus est in  
libro consistorialium, qui attenditur in eorum  
impetrationibus. n. 252.  
Beneficia consistorialia ac monasteria virorum  
Clemens V. I. reservavit sibi excedentia du-  
centorum florenorum auri estimationem. nu-  
mero 253.  
Florenus in Camera Apostolica in taxis capitur  
pro ducato de Camera. & de vero Florenorum  
valore, & eius varietate. n. 254. remisit.  
Consistorialia beneficia esse monasteria & priora-  
tus virorum excedentia ducentorum Florenor-  
um estimationem dumtaxat asserentes, deci-  
piuntur. n. 255.  
Et de ratione. ibidem.  
Consistorialia beneficia aliquem valorem non re-  
quirunt, ut consistorialia dicantur. & quare.  
num. 256.  
Consistorialia beneficia nō ideo esse desinunt prio-  
ratus & Abbatie virorum, quamvis non reperi-  
antur scripta in libro consistorialium. & qua-  
re. n. 257.  
Consistoriale beneficium non consuevisse provide-  
ri consistorialiter asserenti, incumbit onus pro-  
bandi. n. 258.  
Consistorialiter licet beneficium non provideatur,  
non desinit esse consistoriale, si reuera est mo-  
nasterium virorum. n. 259.  
Beneficia multa sunt scripta in libro consistoria-  
lium, que nihilominus consistorialiter non pro-  
videntur. n. 260.  
Ecclesia si reperiat scripta in Catastro Episcopi  
inter Ecclesias collegiatas, nihilominus colle-  
giata non dicitur. n. 261.  
Signa quibus Ecclesia probatur aut presumitur  
consistorialis, remisit. n. 262.  
Stylus Hispania obtinuit, ut nec aliquis valor at-  
tendatur, nec descriptio in libro Camera Apo-

stolice, ut beneficium consistoriale dicatur, si  
tamen naturam consistorialis habere, vel ha-  
buisset legitime appareat. num. 263.  
Plures executionales sententias, instrumenta, in-  
formationes etiam per testes peritos, & curia-  
les, tam Consilij supremi & Camera, quam  
Cancellarium recensuit Franciscus Gonzalez  
de Heredia secretarius Camere in qua-  
dam amplissima & fidelis per eum facta rela-  
tione. n. 264.  
Consistorialia beneficia prioratus & Abbatia, que,  
& qualia denno recuperate fuerit per coro-  
nam Regiam, recensentur. n. 265.  
Ius patronatus in antiquis ex quibus coniecturis  
& presumptionibus probetur, remisit. n. 266.  
Catholica maiestas non indiget indicij & pre-  
sumptionibus probationis iuris patronatus,  
quia ipse non tractat de probanda illius pre-  
scriptione, cum satis sit probata sua intentio, &  
ius patronatus in consistorialibus. n. 267.  
Catholica maiestas tractat dumtaxat de proban-  
da qualitate beneficii, an sit vel fuerit consisto-  
riale necne, que est longe minoris probationis.  
num. 268.  
Ecclesia, que habet arma Regia, vel alia similia  
signa regalia demonstrantia fuisse vel esse mo-  
nasterium virorum, attendenda est ad novam  
recuperationem. n. 269.  
Arma in antiquis non parva sunt autoritatis  
ad probandum ius patronatus. n. 270.  
Res eius esse presumitur, cuius est signum &  
marcha. n. 271.  
Ex signo & marcha agitur dominium eius, cuius  
est marcha. n. 272.  
Artifex insignis potest prohibere, ne alius suo  
signo utatur. n. 273.  
Epitaphis seu literis descriptis in lapidibus anti-  
quis fides adhibetur. n. 274.  
Ius patronatus antiquum probatur ex Epitaphis  
& literis descriptis in lapidibus antiquis.  
num. 275.  
Epitaphium mentionem faciens de familia in an-  
tiquis probat legitime. n. 276.  
Inscriptio in lapidibus & monumentis seu parie-  
tibus antiquis posita in loco publico legitime  
probat, etiam in magnum preiudicium alte-  
rius. n. 277.  
Historijs & Chronicis maxima fides circa hoc  
adhiberi solet. n. 278.  
Ius patronatus antiquum probatur ex antiquis  
annalibus. n. 279.  
Casus de facto refertur, quo probatum fuit ius re-  
gium patronatus ex eo solum, quod in libro  
quodam, quo erant Ecclesie scripta ad margi-  
nem cuiusdam Ecclesie reperit scriptum  
(Regis est.) n. 280.  
Nec in prefato casu profuisse possessori probari  
immemorabilem in contrarium. ibidem.  
In patronatu Regio non currit prescriptio. n. 281.

Libri

Libri antiqui probant, quando eis communiter  
creditur, vel sunt in loco, ubi dumtaxat ser-  
vantur authentice scripturæ. n. 282.  
Maioratus bona non prescribuntur etiam per  
centum annos, ubi apparet evidenter de eorum  
principio, esse maioratus. n. 283.  
Bona quando constat esse de platea vel exitu ci-  
uitatis, sunt imprescriptibilia. n. 284.  
Immemoralis prescriptio non suffragatur quan-  
tumvis legitime probata; si apparet de iniquo  
principio invalido, & iniusto titulo. n. 285.  
Immemoralis prescriptio cessat cum firmis in  
claris, de eiusque infecto principio clare appa-  
ret. n. 286.  
Immemoralis effectus cessat, ubi constat de mala  
fide. n. 287.  
Regium ius patronatus donatum à Rege alicui  
persona seu Ecclesie an retineat naturam regij  
patronatus. n. 288.  
Ius patronatus absolute donatum primaeva natu-  
ra variata regulatur iuxta naturam donata-  
rij. n. 289.  
Ius patronatus origine laicali si aliquo titulo in  
Ecclesiam aut Ecclesiasticam personam sit trans-  
latum; efficitur Ecclesiasticum. n. 290.  
Papa concedens mihi castrum poterit contra me  
prescribi, quia mea possessio non est papalis.  
num. 291.  
Privilegium aliteratur, & variatur per mutatio-  
nem personarum. n. 292.  
Qualitas regia non transit cum re in donarium  
privilegiatum. n. 293.  
Regia iurisdictio licet ultra immemorabilem pre-  
scribi non possit; tamen contra priuatum, cui  
illam rex donavit ex privilegio, tempore ordi-  
nario prescribitur. n. 294.  
Rex an possit donare ius patronatus sibi à sede  
Apostolica concessum in consistorialibus, remis-  
sit. n. 295.  
Ius regium patronatus donatum non absolute sed  
in feudum, cum scilicet adheret castro aut vil-  
le inf feudata; retinet naturam regij patrona-  
tus. n. 296.  
Ius patronatus an & quando in feudum vel em-  
phyteusim cedere possit, vide remisit. ibidem.  
Causa à qua rei origo procedit attendenda est.  
num. 297.  
Quod contingit ex causa de preterito, ad tempus  
preterite causa referendum est. n. 298.  
Regium ius patronatus donatum Ecclesie efficitur  
Ecclesiasticum. n. 299.  
Ius patronatus alicuius comitatus annexi Episco-  
patus, est Ecclesiasticum. & de ratione. n. 300.  
Caudus reprobat. n. 301.  
Ius patronatus spectans ad prioratum erit Ec-  
clesiasticum. n. 302.  
Et etiam si prioratus sit iuris patronatus laici, ubi  
legitima redditur ratio. n. 303.  
Forma provideendi beneficia iuris patronatus Ec-

clesiastici servatur in beneficijs pertinentibus  
presentationi alicuius ordinis militaris, &  
Regij, tanquam eius perpetuo administratori.  
num. 304.  
Qua forma non servata in eisdem beneficijs tan-  
quam patronatus Ecclesiastici appellationi erit  
interposita deferendum. n. 305.  
Iuris Regij patronatus beneficio in alium statum  
erecto, an ius patronatus retineatur, vel amit-  
tatur. n. 306.  
Beneficij facta commendata Reclor presentabit in  
vicaria perpetua. n. 307.  
Commenda facta alicuius beneficii, quod antea  
erat patronatus Regij, poterit Rex presentare  
vicariam perpetuam. n. 308.  
Res obligata, si transit in aliam formam reduci-  
bilem ad primam materiam, non extinguitur  
ius pignoris competens in ipsa prima materia.  
num. 309.  
Res transit cum sua causa, & suo onere. n. 310.  
Privilegia realia per alterationem rei non per-  
duntur. n. 311.  
Privilegium competens prioratui erecto postea in  
Cathedralem non amittitur, sed retinetur.  
num. 312.  
Possessio conferendi dimidias portiones in aliqua  
diocesi trahitur ad alias portiones noviter ere-  
ctas eiusdem speciei. n. 313.  
Privilegium percipiendi decimas ex aliquo fun-  
do, si varietur modus seminis & fructuum,  
conseruatur in eis privilegium. n. 314.  
Consuetudo soluendi decimam ex tritico fundi  
procedit, si seminetur milium. n. 315.  
Prescribens in terra certas decimas videtur quo-  
ad omnes illius terra fructus prescripsisse. nu-  
mero 316.  
Res empta ex pecunia redacta ex re maioratus,  
in eius locum subrogatur cum omnibus quali-  
tibus primordialis maioratus. n. 317.  
Ecclesia nunc Parochialis, si appareat aliquando  
fuisse monasterium virorum & consistoriale,  
recuperatur ius patronatus Regium. n. 318.  
Lex Regia refertur qua reuocantur donationes in-  
rij Regij patronatus facte per Regem Enricum  
& aliorum Regum. n. 319.

**U**ndies oriuntur violentiæ circa pro-  
uisiones beneficiorum iuris Regij pa-  
tronatus ob denegatam presentato institu-  
tionem, aliiue variis causarum figuris in dif-  
cursu videndis. & primitus un appellationi  
emissa per procuratorem fidelem à provi-  
sione facta per ordinarium sprete Regia Co-  
rona, Cæsareaque maiestatis presentatione  
neglecta, non deferens ordinarius, vim faciat.  
In quo duo sunt casus distinguendi.  
nam aut loquimur in provisione illius benefi-  
cij in cuius presentationis quasi possessione,  
& vitimo statu Regia reperit maiestatis,  
1 4 secundum



secundum tenorem text. in c. consultationibus. de iur. patro. & tunc dubium nullum nobis esse potest, ut vis fiat, plus quam notoria, cum appellatio licita sit, quoniam prouiso per meram collationem est ipso iure nulla, iuxta text. in d. c. decernimus 16. q. 7. & ex his quae late in eius comprobationem & intellectum adduximus supra cap. precedenti a num. 129. cum seqq.

3 Nam ille qui est in quasi possessione presentandi, estque patronus putatiuus, debet presentare, eiusque presentatio admittenda, non tamen alterius, qui licet habeat bonum ius in proprietate, caret tamen possessione, ut per d. c. consultationibus dixit Rot. decif. 14. de iur. patro. in antiq. & decif. 7. eodem tit. in nouis. probat l. 9. tit. 15. p. 1. ubi Gregor. Lopez in verb. iunice. Calderi. conf. si. de iur. patro. Aymon. confil. 322. nu. 5. Roch. de Cur. de iur. patro. verb. competens. q. 19. n. 39. & seqq. Lamber. eodem tit. lib. 2. p. 1. q. 3. art. 1. & 6. per totam q. Put. decif. 189. num. 1. & per tot. lib. 1. Rolan. conf. 48. nu. 28. usque ad num. 39. lib. 1. Ioan. Gutrier. conf. 4. num. 34. & in quest. pat. q. 43. a num. 9. & num. 40. lib. 3. Rota decif. 167. num. 7. p. 2. diuerso. quia presentatio, sicut electio, & collatio sunt fructus iuris conferendi, eligendi, & presentandi, c. cum Bertol. de re iud. gl. in c. cu olim verb. capitulo. vers. sed collatio beneficiorum, de maiestate & obediencia. & ibi But. sub num. 16. Abb. num. 1. Feli. num. 2. Nicol. Mill. in reperio. verbo beneficiorum collatio. num. 14. Rota decif. 7. n. 1. de iur. patro. in nouis. & decif. 14. ante fin. eodem tit. in antiq. Selu. de benef. 3. p. quest. 40. num. 4. & per totam. Cassiad. decif. 3. num. 6. de pensio. Rot. decif. 166. n. 5. p. 1. diuerso. Gom. in regul. de trienna. p. q. 37. n. 19. plurimos citat Ricci. in pract. Eccles. iur. patro. decif. 153. ubi late etiam an & quando post Concil. Trident. procedat.

4 Aut enim vltimus his presentandi status, & quasi possessio, penes Caesarem maiestatem non reperitur, sed potius penes ordinariu, puta, imò multis ante annis longo etiam & longissimo tempore, quod vsque forte ad centum annos perueniat ascendere, postquam contigerit vacare, ut merè collatiuum, & summus Pontifex, & ordinarius contulerunt, & de hoc apparet multis continuatis prouisionibus: & tunc maior stat difficultas, an prouiso dicatur nulla, & an contemptus patroni dicatur, ut inde vim an fieri inducamus in qua si iuris regulae ordinariae prescriptionum attendantur, nec nullitatem, nec contempum adesse adhuc certu est. Etenim in beneficialibus quoad eius prouisionem, collationem, presentationem, seu electionem, semper attenditur vltimus status, vltimaque & immediata possessio. Oldral. conf.

3 12. num. 2. in fi. & num. fi. Rot. decif. 2. num. 2. de preben. in no. & decif. 49. ante n. pri. de rescrip. in antiq. Feli. in c. cam te num. fin. ad me. de rescrip. Ferrer. consil. 112. num. 3. & consil. 210. num. 4. & 5. volu. 1. & consil. 93. num. 1. volu. 2. Rom. de Cur. in c. fi. de consultatio. sectio. 4. n. 82. Mascar. de proba. num. 172. num. 8. decifio Veneta 54. num. 7. lib. 2. Put. decif. 2. num. 4. lib. 3. Cesar. de Grass. decifio. 4. de probatio. Ioan. Guti. alleg. 8. num. fi.

Et in specie quod in iure conferendi attenditur quasi possessio, non autem quis habuerit proprietatem, probat text. expressus in c. cum olim & c. cum Ecclesia surrina, de causa poss. & proprie. ubi gl. docet, late prosequitur Selua in tract. de benef. 2. p. quest. 7. num. 1. & per totam. Decius consil. 117. num. 2. ante medium & consil. 126. num. 2. & consil. 134. num. 1. Mohedan. decif. 9. ad fi. de restitutione spoliat. Mascar. de probatio. conf. 173. n. 4. & 5. Thom. Tiber. d. decif. 54. num. 12. & 22. lib. 2. Mandof. in additio. ad Lapum alleg. 89. sub num. 8. in fi. Rolan. conf. 9. lit. 1. & litera V. & ad effectum electionis quasi possessio, & status dumtaxat allegatus attendendus est, text. in c. querelam 2. 4. de electione. Rot. iuncta additione decif. 6. n. fi. de electio. in nouis. & decifio Veneta n. 2. Ioannes Selua ubi proximè n. 2.

Et ideo aliud est quem esse collatorè, seu patronum, & aliud habere ius conferendi vel presentandi; quia illud respicit petitiorium, istud possessorium. Philip. Fran. in c. unico n. 5. de iur. patro. in 6. Cassiad. decif. 2. num. 3. in fi. de probatio. Rot. decif. 347. & decif. 178. lib. 3. p. 3. diuerso. sicuti nec est bonum argumentum, habeo ius presentandi, ergo competit mihi ius patronatus, late Roch. de Cur. de iur. patro. verbo competens quest. 25. a n. 57. cum seqq. Lamberti. lib. 1. p. 1. quest. 10. art. 8. n. 1. & per totum.

Sed pro Caesare aut Catholica maiestatis intentione multa efficacissima, specialiaque fundamenta vigent, quae causam & principium ipsius prescriptionis impediunt; dum statum ipsum, ac quasi possessionem ex aduerso oppositam, inficiunt, atque repugnant, iusque patronatus in talibus beneficiis Regiae Coronae pertinens ex summorum Pontificum concessionibus, & priuilegiis conseruant, atque defendunt, & istae bullae, & priuilegia, sunt alia Pontificis Adriani VI. Clementis VII. & Pauli III. ut clarius dicenda pateant verba sunt inferenda Bullae Adriani VI. cuius clausula ita ait.

Decernentes, ius patronatus, & presentandi, huiusmodi illius omnino naturae & vigoris existere, cuius patronatus Regium ex dotatione existit, & quascunque prouisiones, commendas, administrationes, vniones,

nes, ac dispositiones, tã de vacantibus, quam de vacaturis, etiam per viam accessus, & regressus, vel aliàs quomodolibet, etiam de consensu illas, vel illa pro tempore obtinentium, & de Ecclesiis, & monasteriis praedictis absque presentatione, aut expresso consensu vestrorum, aut dictorum successorum vestròrum, per nos aut Romanos Pontifices, successores nostros, & sedem praedictam quomodolibet de cetero faciendas, aut pro tempore factas, & quascunque literas apostolicas desuper quomodolibet pro tempore confectas, etiam quascunque derogationes quorumvis iurium presentandi seu nominandi, etiam cum quibusvis efficacissimis, & praeignantissimis clausulis in se contentis, nullius roboris, vel momenti existere. Volsque ac dictos successores vestros, seu vestrum aliquem illis nullatenus parere debere, & ob non partitionem huiusmodi aliquas etiã in eisdem literis contentas censuras & pœnas nullatenus incidere posse.

Ac praesentes literas, & in eis contenta quaecunque valere, plenamque roboris firmitatem obtinere, ac perpetuò inuolubiliter obseruari debere, in omnibus, & per omnia, ac si de vnanimò Cardinalium consilio, & consensu consistorialiter, ut moris est, seruatis quibuscumque seruati praestitis, emanassent, & quacunque ad illorum validitatem, efficaciam, & perpetuitatem quomodolibet requisita formaliter, & indiuiduè, nihil omisso, interuenissent, ac obseruata, & facta fuissent.

Et si per quoscunque tam ordinaria, quam delegata, & mixta auctoritate fungentes iudices, & personas vbique iudicari, cognosci, atque decidi, debere, sublata eis, & eorum cuiilibet, quauis aliter iudicandi & decidendi facultate, nec non irritum, & inane, quidquid secus super iis à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit, attentari, perpetuò decernimus.)

12 Haec tenus de clausulis dictae bullae, quae vt vides emixtae & exorbitantes sunt, & extraordinariae, ex quarum substantia & propria significatione resultat, & possessionem, & prescriptionem iuri patronatus Regum contrariam exclusam esse omnino. Pro quo facit primò:

13 Quoniam ad hoc vt possit causari prescriptio iuris patronatus, duo requiruntur adesse copulatiue, alterum patetia, & scientia illius, contra quem prescriptio inducitur; secundum, quod prescribens haec possideat, & prouideat intentione, & animo liberandi Ecclesiam à iure patronatus de scientia, & patientia patronorum, probatur text. arg. in l. 2. c. de seruitutibus & aqua, ubi docent

omnes, praesertim Padilla Calderi. conf. 12. in fi. de iur. patro. Decius conf. 6. num. 36. lib. 2. Rip. in c. cum Ecclesia sutrina. num. 64. de causa poss. & proprie. Alexan. conf. 16. num. 13. lib. 5. Feli. in c. de quarta num. 41. de prescriptio. Caputaq. decif. 418. p. 2. Ioan. Lup. de Pala. Rub. in c. per vestras. 2. nota. num. 33. de donatio. inter vir. & vxor. late Couar. in regul. possessor. 2. p. in prin. num. 8. per totum. Ferrer. conf. 56. num. 6. Rot. decif. 167. num. 2. & 5. & decifio. 184. n. 1. & decif. 803. num. 7. p. 1. diuers. & decif. 4. n. 2. p. 2. diuers. Lamber. de iur. patro. lib. 2. p. 1. q. 3. art. 1. num. 3.

Et de intentione praescribentium libertatem Ecclesiae erga ius patrona gl. verb. vobis. vers. hoc enim non sufficit, in d. c. cum Ecclesia sutrina, de caus. poss. & proprie. Calderi. conf. vlt. de caus. poss. & in conf. si. de iur. patro. Lamber. de iur. patro. lib. 2. p. 1. d. quest. 3. art. 10. num. 6. & 7. Rip. in d. c. cum Ecclesia sutri. num. 49. cum seqq. Menoch. de res. poss. rem. 5. num. 18. vers. secundum, & rem. 6. num. 13. 1. de vtroque, tam de intentione praescribentis, quam de scientia, & patientia eorum, quibus praedicitur, est decif. Rotae 109. p. 2. diuers. & facit circa intentionem praescribentis libertatem optimus text. in l. si. ff. quemadmod. seruitutes amittant. text. etiam in l. si. ff. de iur. iur. & in l. qui loquuntur de intentione praescribentis. at de scientia & patientia contra quem praescribitur, respondit Pompon. in l. quoties la. 1. §. vlt. & Iauolin. in l. quoties la. 2. ff. de seruit. l. si à te emero ff. si seruitus vindicet.

Et ratio huius conclusionis ea est, quoniam ad hoc vt praescribatur ius aliquod incorporale, requiritur quasi possessio ipsius iuris, cum absque ea nulla prescriptio procedere potest. l. sine possessione ff. de usucapio. c. sine possessione. de regul. iur. lib. 6. & haec quasi possessio haberi non potest in his iuribus, nisi mediante scientia & patientia aduersarij, l. penul. ff. de seruituti. si ergo ignoratur, non procederet prescriptio, quasi possessione deficiente ex dictis iuribus, & est author Bart. in l. 2. colu. 2. num. 8. vers. iudicas C. de seruitu. & aqua. idem Bart. in l. 1. §. hoc interdico num. 10. ff. de iur. act. & in l. 1. §. vlt. num. 4. vers. item quod sic vsus. ff. de aqua plu. arden. eandem rationem sequuti fuerunt Ab. in c. de quarta colu. vlt. n. 29. & Feli. ibidem post n. 41. vers. dum subdit. Ab. de prescriptio. l. in l. imperium colu. 9. num. 2. 1. vers. circa precedentem materiam. ff. de iuris. d. omni. iud. Rip. in d. c. cum Ecclesia sutri. colu. 14. num. 64. vers. secundo ergo requiritur scientia, de causa poss. & proprie. Balb. in tract. de prescript. 2. p. 4. p. prin. in 1. q. n. 12. vers. & ratio. Mascar. de probat. conf. 124. num. 40. Quod etiam obrinet in regul. de trienniali possessione, nam beneficij possessor, qui



qui se illa vult iuuare, tenetur verificare aduersarium, contra quem prescribitur, scientiam, & patientiam habuisse, aliis autem non obtinebit. ita tradit Gomez. in d. regul. de triennal. quest. 49. in fin. vers. tamen aduertendum: vbi testatur sic fuisse in Rota decisum, itaque stylum in pluribus aliis causis se habere seruatum.

17 Sed istorum neutrum requisitum dare possumus in huiusmodi iuris Regij patronatus prescripitione, non scientia & patientia respectu sacrae, & Catholicae maiestatis consentientis, vt in aliquo Regum ius patronatus laederetur, cum similes Bullae contra patronatum, & rescripta etiam cum expressa derogatione in Hispania non admittantur, sed retinentur, ne partes eis vtantur, donec Romanus Pontifex melius consultus & informatus aliud censeat, iuxta l. 5. tit. 6. lib. 1. recop. Couarr. in practi. questio. c. 36. num. 3. vers. olim. in quo difficillima erit scientiae probatio, prout requiritur, vt inferius patebit.

18 Nec obstat quod in prescripitionibus contra principem scientia officialium sufficiat, ad praedicandum illi secundum B. in l. si publicanus §. si. num. 2. ff. de publica. Aymon. de antiquit. temp. 4. p. §. absolutis a num. 2. 3. Bald. de prescript. 2. p. 5. p. 3. sub num. 8. Tiraquell. de nobilitate. c. 14. num. 3. Couarr. in regul. possessor. 2. p. in initio num. 8. vers. 3. circa si. Nicol. Garc. de benef. §. p. c. 5. num. 1. 36. Rot. in vna Reatin. beneficii decis. 166. num. 3. & decis. 600. nu. 5. p. 1. diuerso. & iterum tenuisse Rotam in vna Mediolan. praeminentiarum 15. Decembr. 1589. coram Bubalo, firmat Gar. vbi proxime. & ex Alexan. Decio, & aliis tenet Cardinal. Tuf. practicar. conclus. litera C. conclus. 196. n. 39. Ioan. Narbon. tractatu de appell. vicarij ad consil. Archiepiscopi. Tolet. 2. p. fundam. §. num. 10.

19 Quia responderetur multis modis, primo quod huic opinioni non auerem simpliciter acquiescere, cum plures teneant contrariam, veram iudicantes, quos videndos recenset Aymon vbi proxime. Ioan. Lup. in cap. per vestras 2. nota §. 1. num. 39. post Salicetum in l. vestigialia C. noua vestigial. institui non posse. Alexan. conf. 84. colu. 2. num. 5. lib. 1. Antonius Capici. decis. 57. Marta in compilatione totius iuris controuers. ex omni. decisio. 3. tom. tit. de poss. cap. 14. quas opinionis ad concordiam reducere conatur ex Balbo, Villalobus in arario

20 communi. opini. litera S. num. 8. & 10. vt scilicet in prescripitione immemoriali sufficiat scientia officialium, in alia vero prescripitione procedat haec secunda opinio, & videtur esse de mente Couarr. vbi supra. & cum in nostro casu non adest immemorialis, nec potest, vt latius infra patebit; non procedit

contrarium. vide omnino pro concordia quaerente Mier. de maioratu q. p. c. 20. a. n. 2. 58. cum sequentibus in noua impresione fol. 229.

Secundò (etiam qualibet opinione retenta) vt procedat in illis casibus, & actibus, quorum administratio officialibus est commissa, cuiusque ratione possunt reclamare, & contradicere, vt in praetoribus, magistratibus, & aliis iudicibus, & in iis terminis loquuntur Doctores superius citati pro veraque opinione. at nos sumus in casu, cuius administratio, nec cognitio ad alium quam ad ipsum regem spectat, vt inferius apparebit, & ideo eorum officialium scientia, aut patientia, quibus non spectat administratio, nec possunt remedium adhibere, minimè poterit Principi nocere, quod hallucinare videtur Couarr. loco supra citato.

Et ex hac ratione rectissime procedit doctrina Cauei in tract. de patronatu Regiae Coronae cap. 28. num. 5. quem sequitur Nicol. Garcia de benef. 10. p. cap. 2. sub num. 34. ad si. quod in iure patronatus regio scientia officialium non noceat Regi.

Respectu autem suae sanctitatis nec haec intentio prescribendi & derogandi iuri patronatus regio, potest induci, extantibus verbis dictarum Bullarum, & praecipue Adriani VI. supra relatæ, quæ cum contineant fortissimas illas clausulas derogatorias in contrarium faciendorum, inducunt protestationem defectus voluntatis in dispositionibus sequentibus, vt per B. & alios in l. si quis in principio ff. de lega. 3. num. 3. cum seqq. tenet Rot. decis. 137. num. 4. & per totam p. 1. diuerso. & decis. 304. num. 4. & per totam p. 2. diuerso. Paris. conf. 41. num. 26. lib. 4. Roman. conf. 439. incipit quod indultum, sub num. 9. vers. & ego istud, & faciunt adducta per Gasp. de Peruff. in tract. de reseruatione. c. 2. n. 5. in si. & decis. 34. n. 4. p. 2. diuerso. nam clausula derogatoria praecedens operatur defectum voluntatis, & intentionis in dispositionibus futuris ei contrariis. vltra citatos probant etiam eleganter Gozadi. conf. 9. incipit in hac causa num. 26. & 63. Castiador. decis. 38. num. 8. super regulis. Put. decis. 308. num. 4. lib. 3. maxime quia in Principibus, ea quæ sunt facti, ignorare praesumuntur, cap. 1. de constituto. lib. 6. & generaliter praesumitur ignorantia, vbi scientia non probatur. c. praesumitur. de regul. iur. lib. 6.

Quod & ex eo corroboratur, etenim prouisiones Apostolicæ non mutant statum beneficij iuris patronatus, nec patronis nocent docentibus de suo iure patronatus, vt pluries tenuit Rot. Rom. teste Achil. de Grass. decis. 3. de patro. Caputaq. decis. 289. p. 3. Castiador. decis. 6. n. 5. de iur. patro. Veral. decis. 223. lib. 3.

lib. 3. & iterum tenuit Rot. in vna Achil. iur. patro. 9. Iunij. 1600. coram Seraphino vt patet in eius decis. 1567. & in vna Esculana prioratus 1. Iulij. 1587. coram eodem, vt patet in decis. 799. Ricci. in practi. iuris patronatus decis. 204. a. num. 241. vbi testatur, sic etiam secundum hanc doctrinam multoties esse iudicatum per Curiam Archiep. Neapol.

28 Quod & à fortiori procedit in prouisionibus ordinarij, vt nec noceant, Riccius ibi num. 243. Castiador. decis. 7. num. 2. de iur. patro. Maurat. decis. 12. casu 20. quoniam mutatio status in beneficialibus in dubio non praesumitur, Lanfran. decis. 13. Fastol. decis. 16. & hinc fit, quod ius patronatus non amittitur per non usum, Put. decis. 379. & in decis. 392. p. 3. Rot. diuerso. in decis. 109. p. 2. & in decis. 254. num. 2. p. 3. lib. 3. Ricci. d. decis. 204. num. 242.

31 Quod non procederet, si concurreret scientia, & voluntas ipsius Papæ, quoniam tunc eius prouisiones mutant statum, & praesudicant, vt tenuit Rot. in vna Ostansen. capella 27. Nouemb. 1598. coram Seraphino, vt patet in eius decis. 1301. Ricci. ibi num. 244. in si.

32 Et cum in vtroque Principe detur defectus intentionis, & scientia beneficium esse iuris patronatus Regij, nec de eo in supplicationibus fit summi Pontificis mentio, illud Papa prouidet ex capite amplissima potestatis & dispositionis, quam in beneficiis habet, cum accidit vacatio, cap. 2. in prin. de preben. lib. 6. c. proposuit. ibi, quia secundum plenitudinem potestatis) de concessione preben. Clem. 1. in si. vt lite pendens. probant l. 1. in si. tit. 16. p. 1. & ibi Greg. verbo aquien. quisere. & solus Papa naturaliter est Dominus beneficiorum, Flami. Pari. de resign. benef. lib. 2. quest. 4. num. 34. cuius potestas nullis regulis aut legibus coartari dicit Gramati. conf. 2. num. 23. ad si. suarum decisionum, & sic illo animo & iure, ex illaque causa possidet, quia talis est possessio, qualis demonstrat titulus praecedens. l. si a te ff. de seruitutibus. l. vnica C. de imponendis lucrat. descriptio. lib. 10. urbanorum. gl. celebris in l. quaedam mulier verb. in vers. sufficiens. ff. de rei vindic. notant ibi vt elegantem Angel. num. 4. vers. sequitur in gl. ibi etiam B. & Bal. per Archidiaconum in cap. si quis deinceps in si. 16. quest. 7. B. in l. Celsus. col. penul. num. 16. ff. de vsucapio. Bald. conf. 10. in q. qua vertitur colu. 2. sub num. 7. volu. 5. per Bar. in l. 2. §. si sub conditione in si. ff. de vsucapio. pro emptore. idem Bal. in aurb. quas actiones in si. C. de sac. Ecd. Angel. in l. indicia num. 3. vers. similiter C. de rei vindic. Socin. Seni. conf. 15. insignis Doctor num. 7. vers. 3. & vlt. volu. 4. Lanfr. de Orian. in c. quoniam contra. in vers. testium de positiones num. 135. de probatio. Petr. Ferrar. in

practi. Papien. in for. post. acto in verb. item spatio 30. in si. Corflet. in singul. in verb. possessio. incipit vbi quis. Rolan. à Valle conf. 9. negari non potest num. 39. volu. 3. Natt. conf. 443. super casu num. 5. volu. 2.

Cum igitur ex illa causa & capite possideat, & prouideat summus Pontifex, si illa insufficientis reperitur ad acquisitionem huius iuris, non potest se iuuare ex alia causa, nec ad aliam vtilem extendi, quia attenditur opinio & animus ventis. l. si opus §. si inf. sero ff. quod vi aut clam. text. in l. 1. §. Aristo ff. de aqua quoti. & actiua l. 2. §. Celsus ff. pro emptore l. si. ibi, ideoque si quis pro via publica, vel pro alterius seruitute usus sit, nec interdum, nec actio vtilis competit. & c. ff. quem ad. seruit. amit. & ideo dicimus, quod causam possessionis sibi ipsi nemo potest mutare, nisi aliquo extrinsecus accedente. l. 3. §. .... ff. de acquir. poss. & quæ ibi notant Doctores. tantumque intelligitur prescriptum, quantum possessum. gl. in c. auditis. verb. interruptionem. de prescriptio. Innocen. in c. dilecto de off. Archidia. Anchar. in c. 1. de iur. patro. in 6. Federi. de Senis conf. 130. Bal. in l. si quis diurno ff. seruitus vindi. B. in l. 1. §. si quis hoc interdicto ff. de iti. acti. que priu. Angel. in l. vna est via ff. de seruitu. rursi. Bal. in repeti. l. de quibus ff. de leg. Ab. in c. cum consuetudi. de consuetud. & in c. licet ex suscepto in si. de for. competen. B. in aut. qui rem in si. C. de sac. Eccles. Alberi. in l. 1. ff. de off. eius cui. Flor. in d. l. si quis diurno. Decius in cap. translatio in 2. lect. de constitu. Roman. conf. 368. Cardi. in Clem. 1. in 7. quest. de renunti. Felin. in c. auditis de prescrip. Alexan. conf. 120. volu. 4. & in conf. 16. volu. 5. Soci. conf. 74. volu. 1. Ill. & Decius in l. 2. ff. de iuris. omni. iudi. Eguid. decis. 89. Paul. de Caltr. in l. cum de consuetud. quam repetit cum l. de quibus ff. de legi. Marian. in c. cum contingat. de for. competen. Felin. in c. cum ex iniuncto de heret. Zafius in conf. 16. volu. 2. Bertran. conf. 2. volu. 3. & conf. 56. volu. 3. Paris. conf. 113. volu. 1. Anton. Gabr. in comm. opini. conl. 2. de prescrip. in prin. vbi n. 4. & seqq. ampliat etiam quoad accessoria fe-parabilia, vt prescripta visitatione, non censetur prescripta procurario, plures ad id referens. nec extenditur etiam ad ea, quæ veniunt in antecessum, vt est coertio ad iurisdictionem, prout etiam nec prescribens institutionem, potest iure deuoluto conferre. Cardi. in Clem. 1. de supplend. neglig. prelati. Zafius conf. 16. volu. 2. ipse Anto. Gabr. ibi num. 8. & in seqq. idem ampliat ad destitutionem & resignationem post alios.

Imò nec respectu iuris communis, quo summus Pontifex vtitur ex capite suæ amplissima potestatis, deficiente praesentatione excelsæ maiestatis intra tempus sibi à iure concessum